



**LATIN  
HIGHER LEVEL  
PAPER 2**

Friday 10 November 2000 (morning)

2 hours

---

**INSTRUCTIONS TO CANDIDATES**

- Do not open this examination paper until instructed to do so.
- Answer the questions on two passages from Section A and answer one question from Section B.

**SECTION A**

*In this section answer the questions on **two** of the passages.*

**1. Roman Epic: Vergil, Aeneid 4. 642-71.**

at trepida et coeptis immanibus efferā Dido  
 sanguineam volvens aciem, maculisque trementis  
 interfusa genas et pallida morte futura,  
 645 interiora domus inrumpit limina et altos  
 conscendit furibunda rogos ensemque recludit  
 Dardanium, non hos quaesitum munus in usus.  
 hic, postquam Iliacas vestis notumque cubile  
 conspexit, paulum lacrimis et mente morata  
 650 incubuitque toro dixitque novissima verba:  
 ‘dulces exuviae, dum fata deusque sinebat,  
 accipite hanc animam meque his exsolvite curis.  
 vixi et quem dederat cursum Fortuna peregi,  
 et nunc magna mei sub terras ibit imago.  
 655 urbem praeclaram statui, mea moenia vidi,  
 ultra virum poenas inimico a fratre recepi,  
 felix, heu nimium felix, si litora tantum  
 numquam Dardaniae tetigissent nostra carinae.’  
 dixit, et os impressa toro ‘moriemur inultae,  
 660 sed moriamur’ ait. ‘sic, sic iuvat ire sub umbras.  
 hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto  
 Dardanus, et nostrae secum ferat omina mortis.’  
 dixerat, atque illam media inter talia ferro  
 conlapsam aspiciunt comites, ensemque cruore  
 665 spumantem sparsasque manus. ite clamor ad alta  
 atria: concussam bacchatur Fama per urbem.  
 lamentis gemituque et femineo ululatu  
 tecta fremunt, resonat magnis plangoribus aether,  
 non aliter quam si immissis ruat hostibus omnibus  
 670 Karthago aut antiqua Tyros, flammaeque furentes  
 culmina perque hominum volvantur perque deorum.

- (a) What happens immediately after this passage? [2 marks]
- (b) Translate lines 648-50 (‘hic ... verba’). [3 marks]
- (c) Scan line 661 (‘hauriat ... alto’). [1 mark]
- (d) What methods does Vergil use to intensify the emotional impact of this passage? Use detailed examples from the text to illustrate your answer. [6 marks]
- (e) Why does Vergil say ‘concussam bacchatur Fama per urbem’? In particular, what is the significance of ‘bacchatur’ (line 666)? [3 marks]

2. Roman Satire: Juvenal, Satire 10. 114-46.

eloquium ac famam Demosthenis aut Ciceronis  
 115 incipit optare et totis quinquatribus optat  
 quisquis adhuc uno parcam colit asse Minervam,  
 quem sequitur custos angustae vernula capsae.  
 eloquio sed uterque perit orator, utrumque  
 largus et exundans leto dedit ingenii fons.  
 120 ingenio manus est et cervix caesa, nec umquam  
 sanguine caudicis maduerunt rostra pusilli.  
 ‘o fortunatam natam me consule Romam’:  
 Antoni gladios potuit contemnere, si sic  
 omnia dixisset. ridenda poemata malo  
 125 quam te, conspicuae divina Philippica famaе,  
 voveris a prima quae proxima. saevus et illum  
 exitus eripuit, quem mirabantur Athenae  
 torrentem et pleni moderantem frena theatri.  
 dis ille adversis genitus fatoque sinistro,  
 130 quem pater ardentis massae fuligine lippus  
 a carbone et forcipibus gladiosque paranti  
 incude et luteo Vulcano ad rhetora misit.  
 bellorum exuviae, truncis adfixa tropaeis  
 lorica et fracta de casside buccula pendens  
 135 et curtum temone iugum victaeque triremis  
 aplustre et summo tristis captivus in arcu  
 humanis maiora bonis creduntur. ad hoc se  
 Romanus Graiusque et barbarus induperator  
 erexit, causas discriminis atque laboris  
 140 inde habuit; tanto maior famaе sitis est quam  
 virtutis. quis enim virtutem amplectitur ipsam,  
 praemia si tollas? patriam tamen obruit olim  
 gloria paucorum et laudis titulique cupido  
 haesuri saxi cinerum custodibus, ad quae  
 145 discutienda valent sterilis male robora fici,  
 quandoquidem data sunt ipsis quoque fate sepulcris.

- (a) Who is the next example of the futility of ambition? [1 mark]
- (b) Translate lines 122-24 (‘o fortunatam ... dixisset’). To whom does this example refer? [3 marks]
- (c) Scan line 130 (‘quem ... lippus’). [1 mark]
- (d) Explain the references to the lives of Demosthenes and Cicero in lines 114-32. [5 marks]
- (e) What means does Juvenal use in lines 133-146 to pour scorn on military glory? [5 marks]

**3. Tacitus' presentation of imperial policy: Tacitus, *Annals* 14. 53.1-54.3.**

53. At Seneca criminantium non ignarus, prodentibus iis quibus aliqua honesti cura et familiaritatem eius magis aspernante Caesare, tempus sermoni orat et accepto ita incipit:  
 5 sum, octavus ut imperium obtines: medio temporis tantum honorum atque opum in me cumulasti ut nihil felicitati meae desit nisi moderatio eius. utar magnis exemplis nec meae fortunae sed tuae. abavus tuus Augustus Marco Agrippae Mytilenense secretum, C. Maecenati urbe in ipsa velut  
 10 peregrinum otium permisit; quorum alter bellorum socius, alter Romae pluribus laboribus iactatus ampla quidem sed pro ingentibus meritis praemia acceperant. ego quid aliud munificentiae tuae adhibere potui quam studia, ut sic dixerim, in umbra educata, et quibus claritudo venit quod iuventae tuae  
 15 rudimentis adfuisse videor, grande huius rei pretium. at tu gratiam immensam, innumeram pecuniam circumdedisti adeo ut plerumque intra me ipse volvam: egone equestri et provinciali loco ortus proceribus civitatis adnumeror? inter nobilis et longa decora praefereantis novitas mea enituit? ubi est animus ille  
 20 modicis contentus? talis hortos extruit et per haec suburbana incedit et tantis agrorum spatiis, tam lato faenore exuberat? una defensio occurrit quod muneribus tuis obniti non debui.

54. Sed uterque mensuram implevimus, et tu, quantum princeps tribuere amico posset, et ego, quantum amicus a  
 25 principe accipere: cetera invidiam augent. quae quidem, ut omnia mortalia, infra tuam magnitudinem iacet, sed mihi incumbit, mihi subveniendum est. quo modo in militia aut via fessus adminiculum orarem, ita in hoc itinere vitae senex et levissimis quoque curis impar, cum opes meas ultra sustinere  
 30 non possim, praesidium peto.

- (a) What event just before this passage precipitated Seneca's request to retire? [2 marks]
- (b) Translate lines 4-7 ('quartus decimus ... moderatio eius'). [4 marks]
- (c) Why does Seneca mention Agrippa and Maecenas (lines 8 and 9)?  
Is there anything sinister about these examples? [4 marks]
- (d) How, and by what means, does Tacitus characterise Seneca in this passage? [5 marks]

4. Cicero against Catiline: Cicero, *In Catilinam* 4, 1-2.

Video, patres conscripti, in me omnium vestrum ora atque  
 oculos esse conversos, video vos non solum de vestro ac rei  
 publicae verum etiam, si id depulsum sit, de meo periculo esse  
 sollicitos. Est mihi iucunda in malis et grata in dolore vestra  
 5 erga me voluntas, sed eam per deos immortalis! deponite atque  
 obliti salutis meae de vobis ac de vestris liberis cogitate. Mihi  
 si haec condicio consulatus data est ut omnis acerbitates, omnis  
 dolores cruciatusque perferrem, feram non solum fortiter verum  
 etiam libenter, dum modo meis laboribus vobis populoque  
 10 Romano dignitas salusque pariatur. Ego sum ille consul, patres  
 conscripti, cui non forum in quo omnis aequitas continetur, non  
 campus consularibus auspiciis consecratus, non curia, summum  
 auxilium omnium gentium, non domus, commune per fugium,  
 non lectus ad quietem datus, non denique haec sedes honoris  
 15 umquam vacua mortis periculo atque insidiis fuit. Ego multa  
 tacui, multa pertuli, multa concessi, multa meo quodam dolore  
 in vestro timore sanavi. Nunc si hunc exitum consulatus mei di  
 immortales esse voluerunt ut vos populumque Romanum ex  
 caede miserrima, coniuges liberosque vestros virginesque  
 20 Vestalis ex acerbissima vexatione, templa atque delubra, hanc  
 pulcherrimam patriam omnium nostrum ex foedissima flamma,  
 totem Italiam ex bello et vastitate eriperem, quaecumque mihi  
 uni proponetur fortuna subeat. Etenim si P. Lentulus suum  
 nomen inductus a vatibus fatale ad perniciem rei publicae fore  
 25 putavit, cur ego non laeter meum consulatum ad salutem populi  
 Romani prope fatalem exstitisse?

- (a) Where was this speech delivered and at what stage in the conspiracy? [3 marks]
- (b) Translate lines 1-4 ('Video ... sollicitos'). [4 marks]
- (c) Summarise Cicero's self-portrayal in this passage. Say briefly to what use he puts this self-portrayal later in the speech. [6 marks]
- (d) Explain the reference to P. Lentulus in line 23. [2 marks]

**SECTION B**

Answer **one** question from this section.

5. Is Aeneas responsible for his own actions in the books of the *Aeneid* you have read, or are they determined by the gods?
  
  6. ‘Horace’s satire is witty, Juvenal’s merely malicious.’ Do you agree?
  
  7. Discuss Tacitus’ portrayal of women in the works you have read. Are they individualised, or merely stereotypes?
  
  8. What rhetorical qualities do you think are exemplified by the *Catilinarian Orations*?
-